

VUGHT

Adrianus

- a -
- b -
- c -
- d -
- e -
- f -
- g -

Pede fol. 54 – 57 : domnus Livinus Zoeten alias Dulcis, Gandensis monachus professus hujus domus. Receptus a domno Arnolde Kaerman priore et vestitus in festo Beate Catharinæ Virginis et Martiris A° 1476, professus eadem die A° 1477. deinde primam missam cantavit in die Dedicacionis Ecclesie nostrae factus sacerdos. Hic teste chronico fol. 81 naturaliter habuit bonam vocem eratque mediocriter in arte musica peritus et satis eleganter et nitidè sciebat scribere. Libros scripsit diversos, parum literatus erat, utrumque tamen assiduitate legendi scribendi, audiendi et interdum loquendi, scripturas intelligere potuit. (hactenus Chronicon) Anno 1488 cœpit cogitare de mutatione loci et scripsit super hoc reverendo patri generali, nam in carta illius anni dicitur articulo domus Capellæ “ Et hortamur domnum Livinum monachum ibidem, ut se stabiliat in domo suæ professionis; alioqui committimus visitatori principali ut eidem provideat sicut bona conscientia pro ipsius salute viderit expedire, tunc missus videtur ad domum Sylvæ Sancti Martini, nam A° 1489 habetur in computo hujus domus : pro expensis fratris Livini in domo Sylvæ 30 ct et anno sequenti in computo “ Priori Sylvæ præter 30 ct quas habuit anno præterito, ad huc habuit pro expensis fratri Livini 24 ct item pro vestitu ejusdem Livini 9 ct 12 solid°. Inde huc redyt et iterum scripsit ad reverendum patrem, nam A° 1492 carta capituli generalis articulo Capelle illum iterum monet his verbis “ Et domnus Livinus ibidem professus stabiliat se in eadem domo, hoc apparenter facere non valuit, nam et hoc anno ad hanc domum vocatus fuit visitator provincie, qui tunc erat domnus Arnoldus Huckelen prior domus monachorum, cui solvimus ut in computo 6 ct 7 solid°, et addit propter fratres Andream et Livinum. sequentia prosequimur ex 2° Chronico, loco prædicto: sed postquam domnus Arnoldus prior obiit, successit ei in prioratu domnus Gaspar, cujus tempore (nescio quam ob causam) missus fuit ad hospitandum in dommo Sylvæ Sancti Martini ubi supra modum graviter (sicut ipse dixerat mihi) ægrotatione et dolore capitis fuit afflictus. inde reversus in domum professionis suæ non invenit requiem: tentatus fuit et a fratribus quibusdam afflictus, nec habuit consolatorem. Quapropter clam abiit et profectus est ad domum Cartusie Majoris deducente cum viro quodam amico ; et ibi receptus habitavit ad tempus et magister illi datus est domnus Joannes Binchois scriba domus Cartusie, qui oriundus erat a Binchio civitate Hannonie ; magistrumque discipulus adjuvabat in litens legendis et notandis, quae plurimae feruntur undique ad illam domum. quod tamen quibusdam non placuit quod hospes et extraneus sciret ordinis secreta quae fiunt ibi et pene in toto ordine. Hic igitur cum moraretur, a domno Petro Rufi patre reverendo missus est in domum Vallis Sancti Hugonis Cartusie provincie et non longe a Cartusia Majore cum prædicti patris reverendi literis sigillo munitis : ut ibidem vicariatus officium administraret, quod etiam fecit et aliquot ibi novitios instituit. prædictas literas postquam ad domum Capellæ redijt ostendit nobis. Hinc absolutus redyt in Cartusiam, atque inde missus est in Italiam hospitatum, fuitque hospes in multis domibus ordinis (hæc Chronicon. suspicor ego quod in Italiam et nominatim ad domum ordinis nostri in Insula Capri ex adverso civitatis Neapolis, A° 1499 expensis domus professionis ejus, hujus Capellæ, quas et prior noster tunc domnus Joannes de Etterbeke restituere recusavit priori domus Antverpiæ a generali capitulo reverso qui ibidem has expensas solvisse videtur, unde et prior noster in carta anni 1500 monebatur his verbis : Et prior Capellæ solvat sine mora priori domus Antverpiæ 6 ducatos Hungariæ depondere quos mutuo dedit domno Livino pro viatico ad domum Capri hospitatum misso per capitulum generali : sine dubio anni 1499. (pergit Chronicon) quarum domorum tametsi quaedam fuerunt opulentæ quaedam pauperes, in nulla tamen earum facere professionem voluit ; dixitque nobis se in loco fuisse ubi Hannibal pænus dux Carthaginensium quondam, satyra 10 Juvenalis.

Deduxit scopulos et montem rupit acetout Exercitui suo transitum faceret in Italiam. Sed quotannis quando potuit Livinus noster ventitabat in Cartusiam vel ad capitulum generali vel ad capitulum privatum. eaque facultas ibi non difficulter acquiritur (sic ille) Deinde fuit hospes in diversis domibus provincie Franciæ,

præsertim in domo Divionis. Interim vero multum sibi profuit quod accurate sciebat scribere, namque scribendo libros illo tempore commodius acquirebat sibi necessaria. Porro circiter anno 1503, cum more suo solito esset in domo Cartusiae tempore generalis capituli et dominus Petrus Vassor prior domus Gandavi, principalis visitator hujus provinciæ esset etiam ibi et sermonem habuisset ad congregatos ibi patres: dominum Livinum et duos alios fratres curavit reducendos ad domos professionis eorum. quorum unus erat monachus **domus Buscoducensis dominus Adrianus**, et alter monachus erat Diestensis dominus Judocus. quos reduxit quidam vir saecularis cui nomen erat Judocus qui fuit germanus frater dominus Joannis Binchois scribæ domus Cartusiae Majoris. (hactenus iterum Chronicon) sed ego maxime dubito an reditum domni Livini aliorumque, duobus vel plus annis quam oportet non retulent. Computus hujus domus anno 1505 tantum habet expensas quasdam fuisse solutas pro fratre Livino, et A° tantum 1509 dum domus hæc visitaretur per priorem domo Gandavensem, solvimus illi 21 ct et 14 solidos pro expensis inquit factis et expositis pro f° Livino, et A° 1510 ex parte f° Livini solvimus dominus Joannes Binchois 8 ct 20 solidos quidquid sit, erat in hac domo residens A° 1509 et habetur in catalogo professorum hujus domus hoc anno tertius a priore vel immediate post antiquiorem. (pergit Chronicon) Livinus autem postea quam habitarat quatuor aut quinque annis in domo Capellae, iterum per literas reverendi patris domni Francisci de Puteo jussus est ire hospitatum in domo Valencenarum nam Livinus frequenter scribere solebat vel ad dominum Joannem Binchois vel ad vicarium domus Cartusiae dominum Joannem Gillardi, quorum literas et rescripta mihi quandoque ostendit. In divina re pergendâ Livinus ante Corporis Christi sumptionem, semper lachrymare consuevit, et quotidie unum brevem legere, præter id quod habebat legere ex parte orationis. At in domo Valencenarum non diu commoratus finem vitae mortalis habuit, obijtque pridie nonas februarij hoc est 4^a anno 1516.

Adrianus Boen

a -

b -

c -

d -

e -

f - c.1525.

g -

AC 100:27/2, p. 239, L4-5, c.1525: Adrianus Boen, professus Sanctæ Sophiæ.

Adrianus Dordian
alias **Dordraci**

- a -
- b -
- c -
- d -
- e -
- f - c.1511.
- g -

AC 100:27/2, p. 147, L26-27, c.1511: Domnus Adrianus Dordian, professus Sanctæ Sophiæ.

Adrianus Mal

a -

b -

c -

d -

e -

f - c.1507.

g -

AC 100:27/2, p. 122, L31-32, c.1507: Domnus Adrianus Mal, professus domus Sanctæ Sophiæ.

Antonius de Antverpia

- a -
 - b -
 - c -
 - d -
 - e -
 - f - c.1503.
 - g -
-

AC 100:27/2, p. 94, L24-25, c.1503: Domnus Antonius de Antverpia, professus domus Sanctæ Sophiæ.

Antonius van Zichem

- a -
 - b -
 - c -
 - d -
 - e - 's Hertogenbosch prior 1598-1604
 - f - 's Hertogenbosch vicaris 1604 - †
 - g - 1 maart 1610
-

PB, Gde Chartreuse, ms. 32a: 1598- ?, Antonius van Zichem, professus domus Hollandiæ, obiit vicarius 1610

Arnoldus Havens.

b - Bois-le-Duc (Brabant-Septentrional) Pays-Bas); 1540.

c - S.J. 10 avril 1558-1586.

d - *entré en octobre* 1586.

pfs ? octobre 1587

e - *proc début* 1588-21 mars 1590

Bois-le-Duc P 1590-1595

Li P 1595-1596

Lo P 1596-1598

Li P 1598-1599

Bx P 1599-1601

Roermond hos 1601-1603 ?

Lo ? - ?

Bois-le Duc vic 1603-1604

Ga P 1604- †.

cvs 1591-1596

vis 1596-1601

vis 1610- †.

f - 14 août 1610.

g - auteur.

NBW, t. 6, p. 432-434:

Le Vasseur (L.), t. III, p. 73a75b. XIV die Augusti. Arnoldus Havensius. Prior Bruxellensis — Hujus Elogium edidit quidam dicens ignorari de eo doctiorne fuerit an humilior, morum gravitate præstantior an animi tranquillitate hilarior ; in quo certabat singularis illius prudentia cum simplicitate admiranda, fervor orationis cum operibus charitatis, adeo ut benefaciendi studio et descriptionis laude exteris sicut etiam suis esset amori ac honori. Ejus Vitam damus ex quodam Manuscripto quod habuimus e Cartusia Bruxellensis, cujus tenor talis est : « Arnoldus Havensius Sylvæ Ducis in Brabantia natus, anno 1540, Societatis Jesu Institutum amplexus est, anno 1558, 10 Aprilis ; in quo sic profecit, ut dignus habitus sit, qui decennio post Doctorali laurea insigniretur, ac Coloniensi Patrum collegio non multo post proficeretur. In quo munere cum egregiam navasset operam, totusque in eo fuisset, ut in orthodoxa Fide confirmaret civium animos qua voce, qua scripto ac omni genere officiorum ; cumque totos septem et viginti annos in laudatissima ea functione consumpsisset, tactus tandem ab eo, qui convertit patram in stagna aquarum et rupem in fontes aquarum, decrevit aliquando sibi solique Deo secretius vacare, fixum habens semper illud in animo, quod a sapiente alio dictum est : « Nihil recte agimus, si, dum aliis indiscreta sollicitudine nimium servire volumus, nos ipsos posthabeamus et negligamus. » Et quod alius : « Si ambulandi cautela negligitur, incassum credendo rectum iter tenetur. » — « Cum igitur assidue et attente ruminaret arcum Domini tensum, in quo vasa præparat mortis, et in quo sagittas suas effectibiles facit, dum in eos, quos per terrorem corrigit, accensus verborum sententias emittit ; salubriter compunctus, et quasi irrevocabili vadimonio vadatus ad tribunal illud, in quo de omni verbi otioso reddenda est ratio, statuit ad silentiarum sedentiarumque vitam Mariæ transire ; nec aptior ulla, quam Cartusiana visa est, præcipueque Lovaniensis illa Piscina vastissimas porticus habens mæroris amicas et jucundi horroris plenas, ubi multi viri virtutum et magni nominis, orbe pererato, conquievissent et felici catastrophe vitam terminassent. E quorum incitatus exemplo, veteres exuvias novis pannis paupertatis religiosioris commutavit. — « Ibi ipse, cui ætas adhuc integra, rerum experientia et rerum civilium usus contigisset, cæpit in silentio secum et cum libris otium pium dividere, nesciri velle et nescire, uni necessario Evangelico vacare, virtute juvenem, maturitate senem exhibere

arcanum cæleste profundius rimari, perpetuo ascensu mentis in Deum et jugi meditatione se vegetare, et quicquid homines labores vocant, suam naturam existimare. Ita vivebat secumque degebat in abscondito faciei Domini, et bene illi erat at, cum lavaret pedes suos, pulvere prædicationis olim obsitos luceret splendidissime in ejus tabernaculo.

— « Remittebat aliis nomen Patris, contentus nudo nomine Fratris, ut qui sciret se ex uno eodem Religionis humilioris utero natum, communemque aerem haurire cum Fratribus suis. Nihil præ illis sibi sumebat, nec doctoris nec docti quidem viri, quo tantopere gloriantur homines, vel apicem unum ; sed nec Confessarii : quod tamen nomen multi, ut honoris insigne venditare solent, et si multis aurem totam præbeant, tum vero, ut olim Romani de subditarum gentium vocabulis sumebant insigne adoptivum, ita plurimam speciem ab illis trahunt. Quem fastum cum detestaretur naturaliter, multo magis illustratus ex alto despuebat. — « Nec castigare mores juniorum (ut est apud Horatium) amabat, nec erat laudator temporis acti, se puero sciens multos sub alieno

nomine suos increpasse morbos nec sanasse : veram autem illam censebat esse medelam, quæ non indignationem sed compassionem comitem haberet. Religionem quoque mundam eam apud Deum esse dictitabat, quæ prima ac præcipua sui significatione cultum Dei internum suique curam potissimam notat, non quæ strepitu externo metitur omnia, in quo sæpe major est apparatus verborum quam operum. — « Intimam porro conversationem cum Deo avidissime ambiebat, n qua super omnes delicias lachrymis nectareis anima delectatur, Christum ferens in pectore, Christum gerens in mente, et omni tempore habitatori suo studens, consona jubilatione resonare laudes et gratiarum actiones decantare. Quæ omnia xharismata gratiarum, mustei primi Novitiatus et proxime sequentes anni solent bene purgatis pectoribus ingenerare, abundantius autem in hujus viri capacissimo corde. Quam memoriam abundantiae suavitatis condiebat beneficiorum perpetua confessione, non ignorans vere a Cassiodoro dictum : « Jugiter sibi subvenire facit Deum, qui præstitum beneficium ante oculos semper reducit ; et meliora meretur suscipere, qui collata dona non probatur amittere. » Beneficium igitur beneficiorum interpretabatur vocationem suam ad tranquillum portum Religionis, juxta illud Psalmographi : Non fecit taliter omni nationi. — « Sed vere non est in homine via ejus : quod in hoc viro videre est. Siquidem hic tantus, qui se sponte nudaverat omnium favoribus mortalium, ut unum Christum lucrifaceret, dum se quiete sua frui posse putat, in omnem vitæ suæ reliquam ætatem, nunquam ita potuit abscondi, quin conspicua fieret virtus ejus, et extraheretur in lucem. Parenti necessitatem sibi voto solenni indixerat ; ideo coactus est basequi Majorum imperiis, qui per varia virtutem ejus distraxerunt officia, Vicarii, Economi, Prioris in variis Provinciis, Sylvæ Ducis, Lovanii, Leodii, Bruxellis, et Gandavi, et per Provinciam Visitoris ac denique Diffinitores. A quibus tamen omnibus vacationem quandoque accepit ; tumque quasi sibi redditus, ad consueta pietatis, eruditionis et scriptionis exercitia revertebatur. — « Decessit ex hac ærumnosa vita, anno 1610, in Vigilia Assumptionis Beatæ Mariæ. Qui in extremis constitutus, dum visitaretur a quibusdam Abbatibus, et illi pro sua ad eum fiducia et familiaritate sciscitarentur ex eo, an mori paratus esset ? respondit se vel ideo Religionem arctiorem intrasse, ut in hanc horam paratus inveniretur. Cæterum addidit se libenter hac vita defungi, ne mala videre cogere, quæ superventura prævidebat orbi Belgico. Præsagiebat enim fortasse, quæ jam videmus et dolemus ejus urbi natali supervenisse. — « Obiit autem, licet septuagenario major esset, adhuc validus et vegetus ad labores, qui ipsi ex officio incimbebant. Et si fas dicere, laboribus ipsis pro Ordine assumptis, sine sanguine martyr incruentus obiit. Cum enim inaudisset quasdam vicinas Domos ordinationibus Capituli generalis difficulter acquiescere, eo profectus est ut vel precibus vel imperio cogere obedire : ex quo labore febres lethales ac mortem ipsam sibi conscivit. Felix qui tali clausula hujus vitæ æumnas terminavit. — Agunt de Arnaldo Petrus in Bibliotheca Cartusiana, Athenæ Belgicæ.

AC 100:37, p.137, L19-..., c.1588: Hoc eodem anno Prior domus Parisiensis de mandato Capitulo Generalis visitavit domum Vallencenarum, assumpto in socium domno Arnaldo Havensio, professo et Procuratore domus Lovanii, 8a Julii, cui domui venerabilis Pater domnus Joannes de Lescluse multis annis feliciter, &, &...

AC 100 :49/4, p. 457, c.1588 : Hoc eodem anno prior domus Parisiensis de mandato capitulo generalis visitavit domum Vallencenarum assumpto in socium domno Arnaldo Havensio professo et procuratore domus Lovanii, 8^a julii, cui cum venerabilis pater domnus Joannes de Lescluse multis annis feliciter omnium testimonio in utroque statu præfuisset et profuisset, in hoc culpabilis repertus est et propterea absolutus per capitulum hujus anni, quod cum ad supplices et importunas preces monialium Gosnay suæ visitationi subjectarum quæ ultra modum vexabantur et desolabantur ex præsentia sororis Mariæ le Borgne ejusdem domus professa et a dæmonibus possessæ, &, &...

AC 100 :38, p. 46, L19-30, c.1591 : Committimus mandamus, ac summopere commendamus visitoribus (Provinciæ Teutoniæ), ut quasunque personas ordinis suæ provinciæ ab ordine profugas ubicumque dispersas et quantumcunque honesto titulo vel necessitatis vel periculi vel timoris iusti quærere et revocare, et si nihil profecerint, colligere et compellere, sive per se sive per alias personas idoneas omnino studeant, quibuscum agant quoad forum pænitentiae pro nostra suaque potestate ; pænas vero externas easque ordinis quas meruerint, ad sequens usque capitulum generale suspendant, et interim eas ita paterne ut graviter admonitas in suæ provinciæ domibus ad salutem commodioribus collocent ; quæ vero post trinam monitionem redire contempserint, excommunicationi nominatim subiiciant, omnique ordinis suffragio privatas declarent AC 100 :39, p. 3, L28, c.1600 : Spatiamenta domus Bruxellæ per Visitores limitentur et disignentur

AC 100 :38, p. 65, L4-7, c.1593 : priores provinciæ Teutoniæ reddant et solvant sumptos factos per convisitorem in itinere ad capitulum generale infra trimestre, iuxta taxam per singulos domos distribuendam iudicio visitoris, prioris Bruxellæ.

AC 100 :38, p. 90, L9-23, c.1596 : hortamur priores provinciæ Teutoniæ, ut aliquid suis necessitatibus subtrahant, et istas bonas vigines (moniales domus Brugis) in extrema penuria constitutas sicut omnibus dat affluente perceturi, quia cum domus ista sit membrum provinciæ Teutoniæ, iustum iudicamus si uno membro dolente, reliqua compatiantur. Ordinamus igitur et præcipimus, ut domus subscriptæ persolvant taxam pro auxilio dictarum virginum prout sequitur, dimidietatem statim recepta charta, et alteram dimidietatem ad festum Omnium Sanctorum proxime futurum ; prior Capenn solvet 24 florenos ; prior Brugis 18 florenos ; prior Lyræ et Hollandiæ 30 florenos ; prior Gandavi 36 florenos ; **prior Leodii** 50 florenos ; prior Diestensis 40 florenos ;

prior Traiecti 24 florenos ; prior Bruxellæ 36 florenos ; prior Sophiæ 30 florenos. Receptorem huius taxæ constituimus priorem domus Leodii, convisitor provinciae Teutoniæ.

AC 100 :38, p. 98, L3-6, c.1597 : (Sylvæ Sancti Martini) duo autem monachi et duo donati qui supersunt eant ad domum Lovanii ; cuius priori administrationem bonorum dictæ domus committimus, sicut et omnium domorum destructarum et habitatore carentium.

AC 100:39, p. 3, L28, c.1600 : spatiamenta domus Bruxellæ per visitatores limitentur et disignentur.

AC 100 :49/5, p. 654, c.1600 : spatiamenta domus Bruxellæ per visitatores limitentur et designentur.

AC 100 :39, p. 6, L27-33, c.1601 : Priori domus Bruxellæ ad suam magnam instantiam fit misericordia ; et præficimus in Priorem dictæ domus domnum Petrus Leon, Procuratorem Generalem Ordinis in curia Bruxellensi ; cui plurimum commendamus novi claustrum fabricam, et præcipue clausuram domus et piam subventionem monialium Brugis. Et Prior absolutus eat ad Visitatorem Provincie Rgeni, qui ipsius opera utetur ubi et in quo videbitur expedire.

AC 100:49/5, p. 662, c.1601 : priori domus Bruxellæ ad suam magnam instantiam fit misericordia, et præficimus in priorem dictæ domus domnum Petrum Leon procuratorem generalem ordinis in curia Bruxellensi, cui plurimum commendamus novi claustrum fabricam et præcipue clausuram domus et piam subventionem monialium Brugis. Et prior absolutus eat ad visitatorem provincie Rbeni qui ipsius opera utetur ubi et in quo videbitur expedire.

AC 100:27/4, p. 113, L6-9, c.1611 : domnus Arnoldus, prior Gandavi et visitor Theutoniæ, professus domus Lovanii, alias prior domorum Sanctæ Sophiæ, Lovanii, Leodij et Bruxellæ, habens per totum ordinem plenum monachatum et missam de Beata, obiit 14 augusti.

SAL, Obituarium, **14 Augustus**: Obijt V. Pr dns Arnoldus Havens visitor huius provincie, et prior multarum domorum

AOPG 2798:

Arsenal:

Le Vasseur (L.), *Ephemerides*, t. I, p. 356-363, Joannes de l'Escluse, Valenciennes, 1557-1610, 21 maart. Ortus est cognomenque sortitus... a Slusa vico..., qui proximus Attrebato jacet in extremis agri Duacensis finibus. Altioribus litteris erudiendus, missus est Lovanium, ubi Christianum Nutium Priorem postea Cartusiæ Bruxellensis nactus collegam in condiscipulatu, junctus est eidem aretissimo amicitie vinculo ; magni nominis futurus uterque jam tum multorum pater Religiosorum divinitus parabatur... Biennio vix in solitudine expleto, primum æconomus, mox et Prior a.1557 sit renuntiatus... novi monasterii primarium lapidem posuit R. D. Ludovicus de Berlaymont archiepiscopus Cameracensis a.1575, die 17 Martii... Nec contentus antiquo se inclusisse circo ausus est etiam aliis auctor esse ut suas quoque ruinas implerent. Unde cum aliquando Bruxellam excurrisset et vidisset vastitatem Cartusiæ, damna et excidia quæ pertulerat, suasit ut relictis antiquis sedibus intra mœnia se stabilirent... Mutatas anno 1588 videmus rerum facies ; qui enim ante biennium ad summam ordinis Præfecturam votis... expetitus fuerat, modo cum dedecore per totum Ordinem diffamatus exaucteratur in Comitibus generalibus a.1588, per Chartam : « Priori domus Valenciennarum fit misericordia propterea quod imprudenter nimis ad varias urbes secum duxit monialem quam putat obsessam a dæmone, et eius verbis ac factis leviter nimis ac temere crediderit ; et committimus Priori Parisiensi, ut cum socio per eum assumendo domum illam diligentius inquisiturus... » 8 Julii eiusdem anni, Joannes Michel, Prior Parisiensis... una cum **Arnoldo Havensio Procuratore Lovanii visitavit domum Valencennarum...** In ordinem redactus Joannes se se recepit ad Cartusiam Bruxellensem, a monachis eadem, qua ipse Valencennis illos antea susceperat profugos, humanitate exceptus, ibi per annum integrum remansit. — † 21 maart 1610 als prior Valenciennes Eius Vitam ex diversis MSS collegimus.

JLA, p. 159:

Reu 212.

BIOGRAPHIE NATIONALE, Ms A 168 t. 8, col. 794-798:

Arnoldus Havensius

historien et biographe, naquit à Bois-le-Duc en 1540, d'une famille distinguée. À l'issue de ses études humanitaires chez les Hiéronymites, dans sa ville natale, il se rendit à Cologne, où il espérait obtenir une bourse au gymnase des Trois-Couronnés.

A peine son cours de dialectique achevé, obéissant à sa vocation d'étude et d'enseignement, il entra, le 10 avril 1558, dans l'Institut des Jésuites à Cologne. Chargé, après le terme du noviciat, d'une classe de syntaxe, il reçut le titre de maître ès arts, et, le 21 mars 1563, fut ordonné. En 1565, le sénat de Cologne lui conféra le grade de bachelier en théologie, et, en 1572, il prit à Trèves le bonnet de docteur.

De retour à Cologne dans sa maison professe, il fut chargé de la chaire de science sacrée : fonction importante en ce temps de révolution religieuse, où la théologie se mêlait à la politique dans la lutte des esprits. Nommé préfet des études en 1574, Havensius n'en continua pas moins ses leçons jusqu'en 1581, année où, délégué par sa province, il participa à Rome à l'élection du nouveau général de l'ordre, Claudius Aquaviva. Rentré à Cologne, il fut investi du rectorat du collège ; mais telle était son ardeur à l'enseignement qu'il n'abandonna pas ses leçons quotidiennes au gymnase des Trois-Couronnés.

Après avoir passé vingt-sept ans dans la Compagnie, il la quitta et prit l'habit de chartreux à Louvain, en octobre 1586. Il y vécut dans l'intimité de ses confrères anglais qui avaient fui devant la persécution, et surtout de Maurice Chancæus, leur prieur, dont il revit l'Histoire des martyrs de leur ordre sous Henri VIII. Profès en 1587, il fut nommé l'année suivante procureur de sa maison professe, puis, environ deux ans après, prieur de Sainte-Sophie, en remplacement de Corneille Van den Kerckhove, déchargé de ses fonctions à cause de son grand âge. A ce moment, plusieurs Chartreuses se le disputèrent pour les administrer : prieur d'abord au couvent de Lierre, il occupa successivement la même dignité en 1595 à Liège, en 1596 à Louvain, puis derechef, en 1598, à Liège, où il ne resta qu'une année.

Les chartreux de Bruxelles, mécontents de leur prieur, Pierre de Leon, s'en débarrassèrent en l'envoyant comme procureur général de l'ordre près la cour d'Albert et Isabelle, et nommèrent Havensius à la charge prieurale. Toutefois l'influence de Pierre de Leon, appuyée par ses partisans, n'en resta pas moins souveraine à la Chartreuse, si bien qu'Havensius, humilié et rebuté, dépouilla un titre sans autorité. Retiré au couvent de Ruremonde, il y écrivit l'histoire des martyrs de son ordre en 1572. A peine cette œuvre était-elle achevée qu'il lui fut permis de retourner à Louvain, dans sa maison professe, dont le prieur, Hercule Winckel, l'accueillit affectueusement. Peu après, il fut nommé vicaire de la maison de Sainte-Sophie, à Bois-le-Duc ; ensuite, en 1604, il succéda, à Gand, au prieur Jean Barda, qui venait de mourir.

Havensius, qui n'avait d'autre ambition que celle de la science et de la sainteté, ne profita de son élévation que pour mieux se vouer aux intérêts de son ordre et à l'étude. Au milieu des soins considérables de la charge qu'il occupait il revoyait ses manuscrits en vue de l'impression. Si active, si robuste était sa vieillesse qu'on le choisit pour visiteur de sa province, mais, peu après, le 25 décembre 1609, il mourait presque subitement à Gand.

On lui doit les ouvrages suivants :

1. *Commentarius de erectione novorum in Belgio episcopatum, deque iis rebus, quæ ad nostram hanc usque ætatem, in eo præclarè gestæ sunt.* Ruremund., 1608 ; Cologne, Johan Kinckius, 1609, in-4°, rare et estimé. —
2. *Oratio quodlibetica de fidei dogmatibus edita à Theodoro Petreio Carthusiano, eidemque Havensio dicata. Utrum tanta sit Ecclesiæ autoritas, ut in fidei dogmatibus ea in Scripturarum sensu atque sententia certam fidem habeat ?* Œuvre posthume, publiée par le chartreux Theod. Petreius en 1620, in-8°, à Cologne —
3. *Speculum hæreticæ crudelitatis.* Colonia, typo. Servatii Erffens, 1608, in-8°, p. 248. — *Historica relatio duodecim martyrum cartusianorum qui Ruremondæ in ducatu Gelræ anno MDLII agonem suum feliciter compleverunt.* Gandavi, apud Gualterum Manilium, 1608, pet. in-8°, 8 ff. prélim., 77 pages et 3 pages non chiffrées de table, caract. rom. A la page 27, une mauvaise gravure sur cuivre représente le massacre des chartreux. Les liminaires contiennent la dédicace au P. Brunon, prieur de la Grande Chartreuse, datée de Gand, le 29 février 1608, l'approbation ecclésiastique donnée à Bois-le-Duc le 20 mai 1604, des extraits de deux lettres du P. Brunon et quelques hexamètres de Theod. Petreius. Ce traité, qui, avec les deux suivants, fut publié en un seul ouvrage, fut encore édité la même année à Gand, in-4°, 2 ff. lim. 77 pages et 3 pages de table, sans nom d'imprimeur. Il fut traduit, en flamand par Michel Uwens, chartreux de Ruremonde (Ruremonde, 1649, in-4°) ; cette édition, la moins rare et la moins recherchée, est augmentée de quatre appendices. —
4. *Exhortatio de observatione disciplinæ regularis et præcipuè solitudinis ad cartusianos, auctore Arnolde Havensio.* Gandavi, apud Gualterum Manilium, 1608, in-8° —
5. *Commentariolus de vitæ ratione et martyrio octodecem cartusianorum qui in Anglia, sub rege Henrico VIII, ob Ecclesiæ defensionem ac nefarii schismatis detestationem crudeliter trucidati sunt.* Editus primam à V. P. F. Mauritio Chancæo, Angloejusdem ordinis, priore domus Shene, pari fide ac pietate ; nunc vero recenter recognitus, et paululum illustratus meliorique stylo digestus ... Auct. V. P. ? Arnolde Havensio, priore Cartusie Gandensis. Pet. in 8°, 6 ff. prélim. Et 111 pages ; gravure sur cuivre représentant le bienheureux Guill. Tynzbi, tourmenté par les démons. Dédié au prieur Robertus et aux religieux de la maison de Jésus dans Bethléem (située près de Shene en Angleterre), alors poscrits et séjournant à Malines. Havensius déclare, au début du livre, que l'Histoire des chartreux martyrs sous Henri VIII, avait déjà paru depuis plus d'un demi-siècle avant cette édition, mais que la rareté de l'ouvrage l'avait décidé à le faire réimprimer, en y introduisant les changements et les modifications nécessaires.

Les travaux inédits sont :

1. *Evangeliorum Dominicorum Enarrationes uberiores.* — 2. *Diversæ in Magistrum Sententiarum Prælectiones* : c'est un recueil de leçons données à Liège. — 3. *De Vitæ solitariæ præstantia et utilitate.* Il a, en outre, publié deux ouvrages de Guill. Lindanus : 1. *Meditationes in Psalmos pœnitentiales.* — 2. *De fugienda impœnitentia.* On cite, enfin, un livre relatif à Havensius, sous le titre : *Havensii Cartusiani Innocentia et Constantia victrix, in-8^o, et qui est anonyme.*

Emile Van Arenbergh.

Sources : Delvenne. *Biogr. Des Pays-Bas, t. Ier, p. 476.* — Goethals. *Lect. Relat. A l'hist. des sciences, t. III, p. 117.* — Van der Aa. *Biogr. Woordenboek, t. VIII, p. 288.* — Foppens, *Bibl. belg., t. I, p. 96.* — Sweertius, *Athen. Belg., p. 142* — Sanderus, *De Gandavensibus (Antv. Apud Gulielm. A Tongris, 1624), lib. I, p. 22* — Petreius, *Bibl. cartus., p. 15* — Glasiuis, *Biogr. Woordenboek.* — Hartzheim, *Bibl. colon., p. 23* — Ferd. Vander Haeghen, *Bibliogr. Gand.*

dictionnaire de spiritualité ascétique et mystique doctrine et histoire, tome VII, première partie, éd. BEAUCHESNE, Paris, 1969, col. 88-89:

HAVENS (ARNOLD), jésuite, puis chartreux, 1540-1610. — Né à Bois-le-duc en 1540, Arnold Havens fréquenta d'abord l'école des hiéronymites de sa ville natale, puis le collège des Trois-Couronnés de Cologne, tenu par les jésuites, chez lesquels il entra en 1558.

Après son noviciat, il enseigne au Collège de Cologne tout en étudiant à l'université, où il acquiert les grades de bachelier et de licencié en théologie. Promu docteur à l'université de Trèves en 1572, il est nommé recteur du collège de Cologne (1574-1584). C'est alors qu'il quitte la compagnie de Jésus et demande son admission chez les chartreux de Lovain, où il entre en 1586. Il sera successivement prieur dans les chartreuses de Vucht (réfugiée à Bois-le-duc), de Liège (1595/6) et de Louvain (1596/98; il est en même temps visiteur de la province de Teutonie), puis encore prieur à Liège et à Bruxelles (1599-1604). Au cours de l'année 1601, il fut déchargé de son priorat et envoyé à la chartreuse de Ruremonde. De là, il passa à celle de Bois-le-duc, puis de Gand dont il est prieur quand il mourut le 14 août 1610.

Ses écrits les plus importants concernent l'histoire ecclésiastique de son époque, notamment son Commentarius de erectione novorum in Belgio episcopatum (Ruremund., 1608; Cologne, 1609) et son Historica relatio duodecim martyrum cartusianorum Ruremondensium (en 1572; éditée avec Innocentia et constantia victrix..., du chartreux anglais Maurice Chauncey, Chacæus, Gand, 1608, cf DS, t. 2, col. 766).

Intéressent plus spécialement la spiritualité son Exhortatio ad cartusianos de observatione disciplinæ regulari vitæque solitariæ commendatione (publiée à la suite de son Historica relatio..., Gand 1608, et à part) et ses Evangeliorum dominicalium enarrationes (ms Stadtbibliothek de Trèves, n. 82).

On doit encore à Havens un Speculum hæreticæ crudelitatis... (Cologne, 1605), une Oratio quodlibetica habita anno 1572 de auctoritate sanctorum Patrum in dogmatibus fidei dogmatibus et in sensu Scripturæ sanctæ (publiée par Th. Petreius, Cologne, 1620). On conserve des lettres d'Havens (ms; cf J. Bruggeman, Inventaris van de Archieven bij het Metropolitain Kapittel der Oude Bisschoppelijke Clerezij, La Haye, 1928, p. 50). Des Prælectiones in Magistrum Sententiarum étaient jadis conservées chez les chartreux de Cologne.

De vita et moribus V. F. Arnold Haventii (Bibl. royale de Bruxelles, ms 4065, f. 222-225) — F. V. Goethals, Lectures relatives à l'histoire des sciences, t. 3, Bruxelles, 1837, p. 117-124 — Chronique chartreuse de Louvain, éd. E. Reusens, dans Annales pour servir à l'histoire ecclésiastique de la Belgique, t. 14, 1877, p. 228-229, et t. 16, 1879, p. 211-216.

Biographie nationale (belge), t. 8, col. 794-798 — H. J. J. Scholtens, De Kartuziers buiten 's Hertogenbosch, dans Bossche Bijdragen, t. 16, 1938/39, p. 41-45, 158-167 (avec bibliographie des éditions d'Havens); Het Roermondsche kartuizerconvent in de 16de eeuw, dans Publications de la société historique et archéologique... dans le Limbourg, t. 76, 1940, p. 91-121.

Hendrik J. J. Scholtens

Stanislas Auteurs : Sylvæducis, honorata nobilique familia Havensiana, natus est anno 1540. Adolscientior Societatis Jesu pium Institutum amplexus est anno 1559 (dans l'interligne : 1558) et post annum syntaxin docere cœpit deinde artium Magister renunciatus est anno 1561 et Doctor Theologus an. 1573 (1572). Colonice philosophiam docuit, inter suos discipulos adnumeravit Justum Lipsium Iscanum, sui sæculi ornamentum. Ibidem prælectiones theologicas habuit, et Rector Collegii ejusdem urbis factus fuit. Anno 1585 de licentia

Superiorum Societati valedixit, atque Ordini nostro in Lovaniensi cartusia nomen dedit, in qua elapso annuali tirocinio professionem emisit. Prioratum tenuit in domibus Sylvæducesi (1590-1595), Leodiensi duo (1595-1596 et 1598-1599), Lovaniensi (1596-1598), Bruxellensi (1599-1601), Gandavensi (1601-1610); fuit Convisitator (1595-1596) et Visitor suæ provinciæ (1596-1601 et 1610). Iteratis instantiis reditum ad cellæ quietem in domo Ruremundana obtinuit, ibique soli Deo vacare meruit. In hoc optato Sabbatismo ad scribendum quæ edidit opera manus applicuit. Verum obedientia coactus fuit an. 1604 curam animarum suis humeris iterum imponere, ita ut diem supremum clauderet in officio Prioris Gandavensis, in pervigilio Assumptionis B. V. M. anno 1610 et erat Visitor. Habuit per totum Ordinem plenum cum Psalteriis Monachatum, Missam de Beata et Anniversarium perpetuum. Cf. Hartzheim.

Adrianus.

- d - 's Hertogenbosch
- e - Ch hos 1502
- 's Hertogenbosch c.1503
- op de vlucht c.1507
- Valbonne hos c.1508
- 's Hertogenbosch c.1509.

Scholtens, BB 16 (1939) 75:

P.B. Gde Chartreuse, A-V 32a : ch. 1507 : et domorum Judocum Sterck, professum domus Diestensis, et **Adrianum**, professum domus propr Buscunducis, fugitivos, in terrorem aliorum a provincia excludimus, ad ordinis voluntatem.

P.B. Gde Chartreuse, A-V 32a : ch. 1508, priori domus Sanctæ Sophiæ non fit misericordia ; et anno futuro mittas duo scuto priori domus Vallis Bonæ ad capitulum, pro medicis dicisus impens domno Adriano professo doms suæ. On voit que les deux compères étaient pe-artis ensemble.

P.B. Gde Chartreuse, A-V 32a : ch. 1509 : priori domus sanct Sophiæ non fit misericordia. Ordinamus et volumus quod domorum Livinus, Judocus et Adrianus, monachi dictæ provinciæ (Teuthoniæ) revertantur ad domos suarum professionum, monentes priores et conventuales dictarum domorum quatenus eos beningne eas recipiant : et ipsi ice versa religiose et pacifice vivant ; alias visitatores, singulorum paci onsulentes, culpabiles puniant.

Lamalle, p. 127.

ALM011

Antonius Rosendael(e).

- a - p.: Antoine-Jean († 11 mei ?)
m.: Elisabeth van Winghe († 18 mei ?).
- e - vermeld 1515
SM hos ? -c.1533
Arnhem hos c.1533-c.1534
's Hertogenbosch hos c.1534- †.
- f - c.1535 (Kiel)
-

PB:

P.B. Gde Chartreuse 32 A-V 32a ; *Bois-le-Duc* : c.1534, (in domus Monichusen) domnus Antonius Rosendael monachus ibidem melius solito se conformet Sanctæ Sophiæ ad ordinis voluntatem.

RAA KL 22:

AC 100:23/3, p. 20, L32-39, c.1533: domnus Anthonius Rosendael ibidem hospes (ds Silve) vadat hospitatum ad domum Monachorum (Monachusen), impensis domus professionis sue

AC 100:23/3, p. 49, L38-40, c.1534: Et domnus Anthonius Roesendale monachus ibidem hospes (ds Monachorum) vadat hospitatum ad domum Silve Sancti Martinj ad Ordinis voluntatem

AC 100:23/3, p. 62, L15-17, c.1535: Et domnus Anthonius Rosendale, monachus professus domus Antwerpie

AC 100:27/2, p. 303, L22-23, c.1535: Domnus Antonius Rosendalee, professus domus Antverpiæ.

Arnoldus Heck

- a -
- b -
- c -
- d -
- e -
- f - c.1523.
- g -

AC 100:27/2, p. 225, L13, c.1523: Domnus Arnoldus Heck, professus Buscunducis.

Arnoldus Keghel
alias de Keguel, Keggels

- a -
- b -
- c -
- d -
- e - vermeld 1610
Sint-Maartensbos procurator 1611-1615
's Hertogenbosch 1615-1621
Brussel procurator 1621-c.1627
's Hertogenbosch prior c.1627-c.1638
Luik procurator c.1638- ?
Luik antiquior ? - †.
- f - 22 januari 1656.
- g -

Stiennon, MB, p. 517:

AC 100/34, p. 8, c.1621 : *domnus Arnoldus, professus domus Leodii ibidem procurator (domus Sanctæ Sophiæ) vadat ad domum Bruxellæ ibique exerceat idem officium procuratoris.*

AC 100/28, p. 83, c.1627 : *priori domus Sanctæ Sophiæ fit misericordia et præficimus in priorem dictæ domus domnus Arnoldum professus Leodij et prior absolutus vadat ad domum suæ professionis.*

AC 100/28, p. 91, c.1628 : *priori domus S. Sophiæ non fit misericordia.*

AC 100/28, p. 98, c.1629 : *priori domus S. Sophiæ non fit misericordia.*

AC 100/28, p. 108, c.1631 : *priori domus Sanctæ Sophiæ in Boxel non fit misericordia.*

AC 100/28, p. 118, c.1632 : *priori domus Sanctæ Sophiæ in Boxel non fit misericordia.*

AC 100/28, p. 127, c.1638 : *priori domus Sanctæ Sophiæ fit misericordia, et revertatur ad domum Leodij suæ professionis ibique exerceat officium procuratoris.*

AC 100:39, p. 130, L3-7, c.1638 : *priori domus Sanctæ Sophiæ fit misericordia ; et prior absolutus revertatur ad domum Leodii suæ professionis, et ibi exerceat officium Procuratoris, et administrationem dictæ domus Sanctæ Sophiæ relinquimus Patribus Visitoribus. Et ab hoc anno non habuit amplius priorem dicta domus.*

AC 100 :48/1, p.139, c.1638 : *priori domus Sanctæ Sophiæ fit misericordia et prior absolutus revertatur ad domum Leodii suæ professionis, et ibi exerceat officium procuratoris. Et administrationem dictæ domus Sanctæ Sophiæ relinquimus Patribus Visitoribus (Et ab hoc anno non habuit amplius priorem dictæ domus)*

AC 100:27/5, p. 89, L34-36, c.1656: *Domnus Arnoldus Regel, professus et antiquior domus Leodij, alias prior domus Sanctæ Sophiæ, habens missam de Beata per totum ordinem.*

AEL, Chartreux, obituaire, 22 janvier : *obijt Anno 1656 22^a Jan. Domnus Arnoldus de Keguel professus huius domus quondam prior Cartusiæ Buscoducensis etc.*

Balduinus Cloetinghen

- a -
- b -
- c -
- d -
- e - 's Hertogenbosch prior ? - †.
- f - 19 juni 1548 [c.1549].
- g -

Le Vasseur, Ephemerides, II, 353, Balduinus Cloetinghen, S. Sophia, 1548, 19 juni. Prior S. Sophiae. — Vir in omnes effusæ bonitatis, vitæ admodum exemplris et religiosæ ; post octennii laudabile regimen e vivis excessit a.1548, 19 junii.*Chroniicon domus S. Sophiae.*

AC 100: 27/3, p. 75, L3-4, c.1549: domnus Balduinus, prior Sanctæ Sophiae, habens missam de Beata.

Brabants Historisch Informatie Centrum (BHIC), Toegangsnummer: 347, Archief: Verheijen, 1461 – 1815: 66 Akte van kwijting, verleden voor schepenen 's-Hertogenbosch, door Adrian Spierink, weduwnaar Marie, en zoon Frans, voor broeder Baldewijn van Cloetingen, prior, en broeder Henrik Snoecx, procurator van karthuizerklooster in Vught, voor 400 Philipsguldens, tot afkoop van alle recht van Adriaan en Frans op hoeve onder Escharen, die door Arnd de Groot, 1e echtgenoot van genoemde Marie, onder beding van levenslang vruchtgenot voor genoemde Marie aan genoemd klooster is geschonken, 1541

Bartoldus van Wilsem

- a -
- b -
- c -
- d -
- e - 's Hertogenbosch procurator ? - ?
- f -
- g -

Register van Charters en Bescheiden in het Oude Archief van Kampen, derde deel, van 1528 tot 1584, Kampen, K. van Hulst, 1864, p. 223 : 12 aug. 1609. *Certificaat* afgegeven door *Allart Clant*, burgemeester van Campen, en gedeputeerde ter vergadering der Staten Generaal, *Herman van Dulmen*, *primier clercq* ter Secretarije van den *Raad van State* en *Johan van Tongeren Procureur* bij den Hoogen Raad, en het hof Provinciaal van Holland, op getuigenis van *Johannes Emminckhoven* en *Theodorus Stompwijck*, *prioren der Karthuizers*, respectvelijk te *Leuven* en te *Zeelem* buiten *Diest*, dat *Bartolt van Wilsem*, gewezen procurator der Karthuizers binnen 's *Hertogenbosch*, gedurende zijn verblijf in het convent, zich met lof van zijn plichten heeft gekweten doch dat ze het betreuren, dat hij tot de is overgegaan. Dl. IV Verz. van Stukken p. 165-167.

Bartholomeus Dormius

- a -
 - b -
 - c -
 - d - 's Herogenbosch
 - e - 's Herogenbosch procurator ? - ?
's Herogenbosch rector ? – c.1568
's Herogenbosch prior c.1568 - †.
 - f - 30 maart (c.1572).
 - g -
-

AC 100:49/1, p. 108, c.1568: rectorem domus Sophie peficimus in priorem. Quem hortamur ut piis patrum provincie eleemosinis et favoribus adjutus restorationi dicte domus invigilat et divinum officium more ordinis in ecclesia persolvi faciat ad formam statuti, et ceteri religiosi habeant (patientiam) in domibus provincie in quibus hospitantur, nec ad illam redeant nisi vocati aut jussi a visitoribus sub pena carceris.

AC 100:49/1, p. 134, c.1569: priori domus Sophie non fit misericordia. Hortamur priorem ut diligenter instaurationi dicte domus incumbat. Et ut citius domus restauratur nullus professorum remittatur ad dictam domum sine speciali licentia reverendi patris.

AC 100:49/2, p. 186, c.1571: priori domus Sophie non fit misericordia.

AC 100:27/3, p. 201, L3-4, c1572: domnus Bartholomeus Dormius, professus et prior et alias procurator domus Sanctæ Sophiæ.

KB, Ms. 3442, de Wal, Obituarium, 30 martius: domnus Bartholomeus Dormius, professus et prior domus Sophiæ.

Clementius de Monte Sanctæ Gertrudis

a -

b -

c -

d -

e -

f - diaconus c.1506.

AC 100:27/2, p. 117, L27-28, c.1506: Domnus Clemens de Monte Sanctæ Gertrudis, monachus Sanctæ Sophiæ, diaconus.

Cornelius Brilis.

d - 1° Bois-le-Duc ca 1480 (NLM017)
2° Li
f - 5 juillet 1541.

Stiennon, MB, p. 510:

Seynaeve, p. 303, qui dit † 11/10 juillet 1541.

AEL, Chartreux, 7, Obituaire, 10 juillet : obiit domnus Cornelius Brily monachus conprofessus primo domus Sophiæ postremo domus hujus ac iubiliarus.

AC 100:27/3, p. 37, L21-22, c.1542: domnus Cornelius de Brielis, professus Leodij.

Cornelius Digies

- a -
- b -
- c -
- d -
- e -
- f - c.1562.

AC 100:27/2, p. 145, L29-30, c.1562: domnus Cornelius Digies, professus Sanctæ Sophiæ.

AC 100:40, p. 61, L20-21, c.1562: domnus Cornelius Dignez, monachus professus domus Sophie. Pro quibus fiat [unum tricenarium defunctorum per totum ordinem].

Cornelius De Groote

- a -
- b -
- c -
- d - 's Hertogenbosch ca 1547
- e - Kampen prior 1568-1574
- f - 's Hertogenbosch 28 februari 1614
- g -

Professus cartusiæ Buscoduni, Prior domus Campensis (1568-1574). Obiit anno 1614 in domo suæ professionis die 28 mensis februarii, vixit laudabiliter in Ordine 67 annis.

Le Vasseur (L), Ephemerides, t. I, p. 229a-b, XXVIII Februarii. Cornelius de Groote, prior Campensis. Alumnus S. Sophiae; præfectus Cartusiæ Campensi anno 1568, hanc administravit usque ad annum 157. Decessit in Domo suæ professionis anno 1614, die 28 Februarii, postquam vixisset in Ordine laudabiliter 67 annos. multum commendatus b singularem pietatem. *Ex Catalogo Priorum Campensium.*

AC 100:49/1, p. 108, c.1568: rectorem domus Campensis preficimus in priorem. Quem hortamur ut bone opinioni de se concepto respondeat.

AC 100:49/1, p. 134, c.1569: priori domus Campensis non fit misericordia. Et committitur visitoribus ut dicte domui provideant de duobus monachis pro persolutione divinorum.

AC 100:49/2, p. 186, c.1571: priori domus Campensis non fit misericordia.

AC 100:49/2, p. 207, c.1572:priori domus Campensis non fit misericordia. Et visitetur dicta domus per ordinarios visitatores, quibus committimus ut solerter invigilent circa reformationem observantiæ regularis in dictæ domo.

AC 100:49/2, p. 235, c.1573: priori domus Campensis non fit misericordia.

AC 100:49/2, p. 256 c.1574: priori domus Campensis non fit misericordia. Et committimus et mandamus visitoribus ut in descensu capituli recepta carta dictæ domui provideant de alio priore sive rectore sicut ad partem scribitur eis, et taliter provideat ne damnum domus eis imputari possit, etiam de vicario et procuratore disponant.

Cornelius Kerckhoven alias a Cemiterio

- a -
 - b - Gestel
 - c -
 - d - 's Hertogebosch ca 1538
 - e - sds Antwerpen
Delft procurator 1551-1555
Geertruidenberg rector 1556-1557
Geertruidenberg monnik 1557-1558
Lier rector ? augustus 1558 – 1559
Lier prior 1559-1571
's Hertogebosch Prior 1571 – 1589
's Hertogebosch monnik 1589 - †
 - f - 27/22 januari 1594
 - g -
-

PB:

Het Utrechts archief, Toegangsnummer 1006/3 : Akte van machtiging door Petrus, prior van de Grande Chartreuse en minister generaal van de kartuizerorde, van Cornelius van den Kerchove, prior van het kartuizerklooster St. Catharina te Lier, procurator van de prior van de Grande Chartreuse, van Theodericus, prior van de kartuizers bij Utrecht en visitator van de Duitse provincie, van Mauricius Chamuter, prior van de kartuizers te Brugge en van de prior van de kartuizers te Diest, om de hofstede van 15 gemet land bij de stad Steenberg en eigendom van de Grande Chartreuse, te verkopen ten behoeve van de herbouw van de kerk van de door brand verwoeste Grande Chartreuse, 1565 mei 26

de Wal, 7044, f° 117 et 7047, f° 23:

AC 100:38, p. 70:

AC 100 :40, p. 39, L13, c.1560 : priori domus Lyre non fit misericordia.

AC 100 :40, p. 39, L18-19, c.1560 : domus Hollandie visitetur per priores Leodii et Lyre.

AC 100 :40, p. 96, L7, c.1563 : priori domus Lyre non fit misericordia.

AC 100 :40, p. 119, L28, c.1564 : priori domus Lire non fit misericordia.

AC 100:49/1, p. 10, c.1564 : priori domus Lire non fit misericordia.

AC 100 :40, p. 144, L35, c.1565 : priori domus Lire non fit misericordia.

AC 100:49/1, p. 30, c.1565 : priori domus Lire non fit misericordia.

AC 100 :36, p. 147, L15-19, c.1566 : (*In domo Lyrae*). Prohibemus autem priori et procuratori, ne amplius vestimentis et mantelis utanter secularibus, sed ad formam religionis et ordinis honeste et ædificatorie a cætero inter seculares incedant, alioquin ordo providebit : et prior, omissis vanis et minus necessariis ædificiis, omni cum cura restitutioni et ædificationi claustrum intendat.

AC 100 :40, p. 173, L17-24, c.1566 : priori domus Lyre non fit misericordia. Prohibemus autem priori et procuratori ne amplius vestimentis et mantelis utantur secularibus, sed ad formam religionis et ordinis honeste et edificatorie a cetero inter seculares incedant, alioquin ordo providebit : et prior, omissis vanis et minus necessariis edificiiis, omni cum cura restitutioni et edificatiōni claustrum intendat.

AC 100:49/1, p. 52, c.1566 : priori domus Lyre non fit misericordia.

AC 100:49/1, p. 77, c.1567 : priori domus Lyre non fit misericordia. Et fiant ibidem carceres ad formam statuti hinc ad sequens capitulum.

AC 100:49/1, p. 106, c.1568 : priori domus Lyre non fit misericordia. Quem rogamus ut hortamur ut observantiam regularem sub suo predecessore laudabiliter vigentem restituat et ad id omnes provocat et completat.

AC 100:49/1, p. 133, c.1569 : priori domus Lyre non fit misericordia.

AC 100:49/1, p. 159, c.1570 : prior domus Lyre (**commendamus, inopiam domus Sophiae suae professionis.**)

AC 100:49/2, p. 185, c.1571 : priori (Cornelius vanden Kerchove ????) domus Lyre non fit misericordia.

AC 100:49/2, p. 207, c.1572 : priori domus Sophiae non fit misericordia. Quem hortamur in Domino ut in utroque statu domus fideliter et exemplariter se gerat et maxime ea quae sunt ordinis commendatissima habeat pro honore Dei et decore ejusdem ordinis.

AC 100:49/2, p. 232, c.1573 : priori domus Sophiæ non fit misericordia. Quem hortamur ut gravia onera occurrentia suæ domus patienter ferat.

AC 100:49/2, p. 256, c.1574 : priori domus Sophiæ non fit misericordia.

AC 100:49/3, p. 407, c.1586 : In domo Hollandiæ. Et d. N. vadat hospitatum cum V. P. priore domus Sophiæ nec præsumat deinceps habitare cum secularibus in dispendium suæ famæ et salutis et in scandalum ordinis.

AC 100:38, p. 7, L29-35, c.1589: (*In domo Sophiæ*). Committimus visitatori provinciæ cum dicto patre Valencenarum, ut super statu eiusdem domus provideant; qui etiam seni priorem propter nimiam senectutem poterunt facere misericordiam, et domui de alio priore sive rectore providere autoritate nostra, si hoc eis videbitur expedire; et domno Erasmo præcipitur, ut a pastoratu desistat, quem contra iura moremque ordinis administrat; cui de alia domo pro visitatoris prudentia provideatur.

AC 100:38, p. 22, L6-8, c.1590: priori domus Sanctæ Sophiæ mandamus et iniungimus, ut cum omnibus suis se recipiat in locum opportunum intra mœnia civitatis more aliorum religiosorum, usque ad faciliora tempora.

AC 100:49/4, p. 492, c.1590 : priori domus Sophiæ ibidem per visitatorem provinciæ auctoritate et de mandato reverendi patris noviter instituto non fit misericordia. Quem hortamur ut dictam domum in utroque statu sicut de ipso confidimus restaurare et reformare studeat, cui quoque commendamus senilem ætatem antiqui absoluti prioris, quem curabit consolari prout ipsius veneranda senectus et per plures labores quos hic bonus pater hoc difficillimo tempore pertulit meretur.

AC 100:49/4, p. 503, c.1590 : visitatores provinciam Theutoniæ : Bruxellæ et altero eorum impedito prior domus Sophiæ. Examinatores novitiorum : in provinciæ Theutoniæ : Bruxellæ, Lovanii et Capellæ sive duo eorum.

